



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Guilielmi Harre, Guilielmi Brookesbeyi, Georgij Gilberti. n. 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

XXVI. *Guilielmus* etiam *Hartus* octodecim annorum iuuenis, inter primos in Collegium Anglorum Romæ cooptatus, cum Societati nomen dedisset, biennio nondum evoluto, ex Romano Collegio in cæterum Angelorum adscribendus transiit. *Guilielmus* alter *Brokesbeyus*, Diœcesis Wintoniensis, annis & is probationis non expletis decedens, veterani lauream accepisse non immento videri potest; nam hoc elogio celebratur. " *Guilielmus Brokesbeyus* est prima nobilitate, stirpisque familiæ, post susceptam ditionis paternæ possessionem, alterum & vigesimum annum agens, animi dotibus & oris figurâ cæli quàm terræ incolis propinquior, omnia, & simul sponsam (quam ad perpetuam virginitatem, ut ipse faciebat, colendam hortatus est) Religioni posthabuit; Romæque inter Alumnos ad annum Conuictor, inde ad Societatem, tum ad Cælum ex ea euolauit) His iungi posset socius *Georgius Gilberti*, Patrum nostrorum aliorumque in Anglia Sacerdotum turbulentissimis temporibus holpes, comes, & fautor munificentissimus qui sub idem tempus in Collegio quidem Anglorum finem fecit viuendi, emissis tamen prius ex voluntate Reuerendi Patris Generalis Societatis votis. Sed oportuior erit causa in eius laudes excurrendi, cum ad *Personij* labores ventum fuerit: Per cuius viri industriam singularem (*Personij* inquam) cum constans apud exterarum nationum copia fuerit nostris vel erudiendis, vel per varia munia perficiendis, eorum memoriæ reliqua historia dabit campum laxiorem.

XXVII. Quos verò his initiis complexa est Societatis propensa voluntas, palam est non omnes stetitisse immotos. Alij à principio fluxo nixi fundamento, alij suarum cum tempore mole cogitationum corrûere. Narrat *Zacchinus* in *Borgia de Edwardo Thorne*, annorum viginti quatuor iuvene Anglo, qui nullo aut virtutis, aut fidei certo proposito, paupertate sola impellente, Societatem petierat, & Tyronicij nondum confecto biennio, Rhetoricæ dabat operam Dilingæ: Huius vitium animi hac ratione detectum est. Dubitabatur ijs diebus de *Klesselio* quodam & *Simone* Philosophis, an rectè de Religione sentirēt: Ineunte anno noui dabantur Præceptores; Hinc sumpta est occasio decreti Pij quarti de professione fidei faciendâ exequendi: proponitur cunctis; Conscientiâ (vti aiebat) reclamante negat *Edwardus* posse se in illa verba iurare, daturum se alio loco rationes. Perturbauit eminuero adstantes haesitatio inopina adolescentis, qui tam cautè cuncta simulauerat vt nullâ tangeretur suspicione. Semotis arbitris rogatus causam, respondet, Cultum Sanctorum, purgandarum animarum flammam, Christi in Sacramento præsentiam & plura alia non esse sibi tam certo cognita vt tanto sub onere audeat assentiri. Docetur in iis quæ huius generis suâ naturâ obscura sunt, standu deniq; esse sententiæ vniuersalis Ecclesiæ, quæ certa est veri regula & firmamentum. Dies plures disputando consumuntur: suo demum ingenio cum plus daret quàm Pontificum omnium, conciliorumque placitis, insistere ad Præuincialem Ingolstadtij commorantem non sat diligenter custoditus elabatur, & in vicino

Guilielmus Hartus.

Guilielmus Brookesbeyus.

Georgius Gilbertus.

Admissi non omnes perseuerant

Edwardus Thorne.